

minis videtur q̄ non quia sine eis homo potest esse  
Item partes sunt priores toto sed non sic est de ven-  
tibus quia pueri nascuntur edentuli. Dicendum q̄  
non omnes partes quantitativae sunt priores toto.  
S. T. vii. metaph. post philo. declarat etiam ali-  
qua pars diffinitionis non est prior q̄ ad diffinitū  
vel pars diffiniti patet quia angulus acutus dicitur  
qui est minor recto. Mathematicus autem non  
demonstrat per quattuor causas sed per causam for-  
malem.

¶ Contra hec arguitur vel monstrum fit per se a na-  
tura vel per accidens. Non primum qui a tunc sem-  
per natura faceret monstrum. Nec secundum quia  
tunc monstrum esset ens per accidens quia esset ef-  
fectus per accidens sed hoc est falsum quia ens per  
accidens a nullo fit per se sed monstrum fit a deo  
per se forte dicitur q̄ ens per accidens est a deo effec-  
tive cum sit creatura et non creator contra tunc de  
ipso est scientia quia habet deum pro causa invari-  
bili forte dicitur causa proxima eius est variabilis  
contra causa prima invariabiliter movet illam pro-  
ximam ergo etiam illa proxima invariabiliter mo-  
vet ergo de ente per accidens est scientia contra  
Aristo. vi. metha. Item quod fit frequenter non est  
per accidens sed monstrum fit frequenter proba-  
tur quia femina est monstrum cum sit mas occasio  
natus et mulus. Item possibile est q̄ in aliqua regio-  
ne communiter generentur monstrum vel homines ni-  
mis parvi vel nimis magni ergo male diffinitur mō-  
strum dicendo q̄ fit preter solitum cursum nature  
Item genito quinto digito natura adhuc generat  
sextum in animali ergo natura intendit monstrum  
Item de monstro est scientia ergo monstrum fit  
sepe et frequenter forte concedis per respectum ad  
suam causam. Sed contra. Tunc etiam effectus  
fortuitus fieret sepe et frequenter quia semper fit  
posita sua causa que est casus et sic erit effectus per  
se respectu sue cause quod si concedas sequitur q̄  
casus ut sic erit causa per se quod est contra suam  
diffinitionem.

¶ Secundo Natura est causa per se nature ergo  
est causa per se monstri forte dicitur negando con-  
sequentiam quia non inconuenit q̄ aliquid sit causa  
per se respectu unius et causa per accidens respec-  
tu alterius. Contra causa per se semper precedit  
causam per accidens ergo non est idem cum ea ut  
supra dictum est. Item natura a deo dirigitur ergo  
nunq̄ producit monstrum nisi intendat ipsum pro-  
ducere. Item actiones eiusdem speciei sunt ad eun-  
dem terminum et si unus terminus nō sit a casu nec  
alius sed homo monstruosus et non monstruosus  
sunt eiusdem speciei ergo si unus fit ex intentione  
et alius.

¶ Tertio omnis effectus naturalis habet finem  
et causam necessariam ergo nullus fit a casu sed  
monstrum est effectus naturalis. Forte dicitur q̄ quia  
fit raro ideo fit per accidens et a casu contra aliqua  
que sunt per accidens fiunt sepe quia aperiens fe-  
nestram est causa per accidens introitus luminis et  
remouens columnam est causa casus lapidis. Item  
tunc pluvia sub cane esset a casu ut etiam supra con-  
cessum est. Sed contra in celestibus nichil fit a casu.

¶ Quarto arguitur q̄ animalia per eorum natu-

ram non agunt propter finem ut dictum est quia vel  
aranea facit telam per naturam que sit materia et  
patet q̄ non vel per suam formam sensitivam. Sed  
contra nunq̄ sensit humentem ergo formica non col-  
ligit grana propter tempus hyemale futurum.

¶ Item q̄ iunt a natura fiunt quolibet tēpore sed  
formica non quolibet tempore colligit grana. Item  
ista animalia videntur operari ex quadam pruden-  
tia et artificialiter ergo non ex natura. Forte dicitur  
q̄ animalia agunt propter finem. ut dicit. S. T. xij.  
q. i. ar. ij. rñ non mouent seipsa ad finem contra se-  
cundum Aristote. in. viij. phis. animata mouent se  
et non nisi ad aliquem finem ergo animal mouet se  
ipsum ad finem. Forte dicitur q̄ non habet rationem  
finis et ideo non proprie mouet se ad finem. Contra  
nichil agit propter aliquod in cognitum ergo nisi  
animal habeat rationem finis non potest agere pro-  
pter finem: finis enim non mouet nisi ut est in inten-  
tione ut dicit. S. T. xij. q. i. ar. i. ad primum. He cu-  
ro pro nunc an ibi intentio capiatur pro actu intel-  
lectus vel pro actu voluntatis de quo vide. S. T.  
de veri. q. xxij. ar. xij. et q. xxi. ar. ij. ad quintum.

¶ Quinto arguitur q̄ phis. non differat ab astrolo-  
go vel mathematico quia phisicus demonstrat per  
quemlibet causam ut dictum ergo pertinet ad phi-  
sicum demonstrare terram esse rotundam per ean-  
dem causam per quam astrologus demonstrat. Itē  
omnis forma habet causam efficientem ergo si ma-  
thematicus demonstrat per formam poterit etiam  
demonstrare causam efficientem. Item mathema-  
ticus tractat de qualibet re ergo de qualibet causa  
antecedens patet quia tractat de unitate modo que-  
libet res est vna et similiter argueretur q̄ phisicus  
tractat de qualibet re etiam de deo quia opposito-  
rum eadem est disciplina sed tracta de mobili ergo  
tractat de immobili. Itē forma non habet causam  
formalem ut patet prima. q. lxi. ar. i. ad. ij. sed illa de  
quibus est mathematica sunt forme ergo nō habēt  
causam formalem.

¶ Sexto materia non habet causam ergo philoso-  
phus nil potest demonstrare de materia faltem per  
quattuor causas. Item occasio et omen videntur esse  
se quedam cause et non effectus tamen nulla scien-  
tia de istis determinat ergo nec de alijs et tamen vi-  
detur esse causa quia ex omine aruspices nituntur  
predicere futura ut patet ex petrarcha de rebus me-  
morabilibus lib. iij. trac. vi. vnde emilius pugnans  
aduersum xersem regem macedonie sero venit do-  
mum et inuenit filiam tristem quia persa eius catel-  
la mortua fuerat ex hoc sumpsit omen quia vicit p̄  
dictum regem. vnde Omen a quibusdā dicitur ostē-  
tum quia aliquid futurū ostendit.

¶ Ad primum dicendum q̄ monstrū fit per accidēs  
a natura particulari et aliquando per se a natura  
vniuersali nec sequitur est effectus per accidens er-  
go est ens per accidens quia non est diuersorum pre-  
dicamentorū sed queritur in quo predicamento po-  
nuntur monstrum et fortuna. Dicendum q̄ fortuna  
videtur dici relative ad fortunatum. Monstrum au-  
tem cum sit defectus non ponitur per se in predica-  
mento et ideo melius videtur dicendum q̄ non ha-  
bet causam per se. Ad aliud dicitur a quibusdā  
q̄ in illa patria in quibus sepe fiunt monstra ut se-  
cūdū solimū in li. rerū memorabilū in idia sepe na-